

**INTROIT Psalm 36: 30, 31**

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquetur iudiciu[m]: lex Dei ejus in corde ipsius, (T.P. Alleluia, alleluia.) (Ps 36: 1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquetur iudiciu[m]: lex Dei ejus in corde ipsius.

**COLLECT**

Deus, qui, ad cristiánam páuperum eruditiónem et ad juvéntam in via veritátis firmándam, sanctum Joánnem Baptistam Confessórem excitásti, et novam per eum in Ecclésia familiam collegísti: concéde propítius; ut ejus intercessióne et exémplo, stúdio glóriæ tuæ in animárum salute fervéntes, ejus in coelis coronæ participes fieri valeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Ecclesiasticus 31: 8-11**

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit transgredi, et non est transgréssus: fácere mala, et non fecit: ideo stabilíta sunt bona illius in Dómino, et eleemósynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

*(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and the Greater Alleluia is said instead)*

**GRADUAL Psalm 91: 13,14**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicátur in domo Dómini. V. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. (James 1: 12) Beátus vir, qui suffert tentatióne[m]. quóniam cum probátus fúerit, accípiet coronam vitæ. Allelúja.

**GREATER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. Beátus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet coronam vitæ. Allelúja. V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. Allelúja.

**GOSPEL Matt. 18: 1-5**

In illo témpore: Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes: Quis, putas, major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum et dixit: Amen, dico vobis, nisi convérsi fuéritis et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum coelórum. Quicumque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cælórum. Et qui suscéperit unum párvulum talem in nómine meo, me súscipit.

**OFFERTORY PS. 88: 25**

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (T.P. Allelúja.)

**SECRET**

Laudis tibi, Dómine, hostias immolámus in tuórum commemoratióne sanctórum: quibus nos et præsentibus éxui malis confidimus, et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF EASTER SEASON**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni militía cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

**COMMUNION Matt. 24, 46-47**

Beátus ille servus quem cum vénerit dóminus ejus invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis quóniam super ómnia bona sua constituet eum. (T.P. Allelúja.)

**POSTCOMMUNION**

Refécti cibo, pótuque cælesti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percépipimus, ejus uniamur et préciibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (P.T. Alleluia, alleluia) (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. V. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

O God, Who, for the Christian strengthening of the poor, and the strengthening of the young in the way of truth, didst raise up St. John Baptist, the confessor, and, through him, didst gather a new family within Thy Church, mercifully grant that, by his intercession and example, fervent in zeal for Thy glory and the salvation of souls, we may be enabled to become sharers of his crown in heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Happy the man found without fault, who turns not aside after gain, nor puts his trust in money nor in treasures! Who is he, that we may praise him? For he has done wonders in his life. He has been tested by gold and come off safe, and this remains his glory forever; he could have sinned but did not, could have done evil but would not, so that his possessions are secure in the Lord, and the assembly of the Saints shall recount his alms.

*(During Eastertide the Gradual and Lesser Alleluia are omitted and the Greater Alleluia is said instead)*

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Lebanon in the house of the Lord. V. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

Alleluia. Alleluia. V. (James 1: 12) Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

Alleluia. Alleluia. Blessed is the man that endureth temptation for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia. V. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

At that time, the disciples came to Jesus saying: Who, thinkest Thou, is the greater in the kingdom of heaven? And Jesus calling unto Him a little child, set him in the midst of them and said: Amen I say to you, unless you be converted and become as little children, you shall not enter into the kingdom of heaven. Whosoever therefore shall humble himself as this little child, he is the greater in the kingdom of heaven. And he that shall receive one such little child in My name receiveth Me.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted. (P.T. Alleluia.)

We offer Thee, O Lord, sacrifices of praise in commemoration of Thy saints, by whom we trust to be delivered from evils both present and future. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods. (P.T. Alleluia.)

We Thy suppliants, who are refreshed with heavenly food and drink, beseech Thee, O our God, that we may be fortified by the prayers of him in whose commemoration we have partaken of these gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.